

" Apostolum verò hujusmodi tanto
 " Christi amore flagrantem, tot tantisque
 " pro eo, tantoque cum fructu perfunctum
 " laboribus, quantum patrociniò valere
 " apud Deum existimabimus, aut
 " quanto omnium honore ac venera-
 " tione dignum esse? Sed et is proximus
 " summo illi Principi, cui datae sunt cla-
 " ves regni caelorum, deprecatur nunc
 " pro Ecclesià apud Deum, iudicaturus
 " cum Christo in fine mundi *duodecim*
 " *tribus Israel*; et quemadmodum gem-
 " mini illius Ecclesiarum luminis inter eos,
 " qui *primitias Spiritus* habuerunt, pri-
 " mae sunt sedes in caelo; ita primi sem-
 " per utriusque tributi sunt honores in ter-
 " ris, ea ratione summi cuique praemii gra-
 " dum reddente Deo, ut quorum fuerit
 " studium propagandae divinae gloriae
 " praecipuum, in his praecipuo item modo
 " divinum illud impleatur oraculum, *qui-*
 " *cumque glorificaverit me, glorificabo*
 " *eum*. Hinc factum est, ut Praecessari-
 " bus nostris Bonifacio Nono, Martino
 " Quinto, Eugenio Quarto adhortantibus,
 " ad utriusque Basilicae restaurandas
 " cives, exterique largissimè contulerint:
 " hinc templum Vaticanum orbis terrae
 " amplissimum, ac magnificentissimum,
 " ad opes Julii Secundi, et successorum
 " ejus donariis ultrò oblati accedenti-
 " bus, aedificatum est; atque hinc pari mo-
 " do futuram confidimus, ut pios se prebe-
 " beant, ac liberales quicunque ubique
 " sunt Christo et Sanctae huic Sedi fideles,
 " dum Pauli nomine quernius tenuitatis
 " nostrae subsidium. Quod eo vel ma-
 " gis nunc sperandum Nobis est à fide-
 " li populo, cum, Deo ipso duce, hanc us-
 " serenda gloriae Apostoli mentem volun-
 " tatemque suscepisse videri jure optimo
 " debeamus; siquidem inter immensos
 " collapsae integrae contignationis ardores,
 " inter ipsas in calcem reductas solido e-
 " marino columnas, tanquam tres illi
 " adolescententes Babylone in fornace ignis
 " ardentem incolumes, integrum Apostoli
 " ejusdem sepulchrum servatum est.
 " Surget igitur eodem in solo non
 " inde procul, ubi vitam dedit pro Christo,
 " et surget iterum Petri meritum et
 " gloriae consorti Paulo templum, etsi co-
 " lumnis illis carens, monumentisque
 " pretium omne excedentibus, quam pro-
 " copia fieri poterit, magnificentum; et ho-
 " nor sepulcro illi debitus habebitur, cu-
 " jus in primis venerandi causà optare se
 " dixit magnus ille Chrysostomus Romam
 " videre; ad quod, eodem teste, *Impera-*
 " *tores accurebant, Consules, exercituum*
 " *Duces*; denique ad quod tamquam ad
 " perennem quendam fontem caelestis
 " beneficentiae, omnis generis atque ordi-
 " nis homines, longinquis etiam susce-
 " ptis peregrinationibus, convenire num-
 " quam destiterunt.

" *Après tout ce que St. Paul a accompli*
 " *de travaux pour la gloire de celui dont*
 " *l'amour embrâsoit son cœur, quelle idée*
 " *nous ferons nous de l'étendue de son crédit*
 " *auprès de Dieu et des droits qu'il s'est ac-*
 " *quis à la vénération universelle? Il tient le*
 " *premier rang après ce Prince des Apôtres*
 " *auquel ont été données les clefs du royaume*
 " *des Cieux; devenu l'intercesseur de l'Eglise,*
 " *il doit à la fin du monde juger avec J. C.*
 " *les douze tribus d'Israël; et comme ces*
 " *deux éclatantes lumières de l'Eglise occu-*
 " *pent dans les cieux les deux premiers sièges*
 " *parmi ceux qui ont reçu les prémices de*
 " *l'esprit, aussi leur a-t-on toujours rendu à*
 " *l'un et à l'autre les premiers honneurs sur*
 " *la terre, Dieu ayant réglé leur récompense*
 " *de manière qu'après avoir fait plus que tous*
 " *les autres pour la propagation de sa gloire,*
 " *ils vissent s'accomplir en leur faveur cet ora-*
 " *cule divin: Je glorifierai quiconque m'aura*
 " *glorifié. De là vient que les étrangers aus-*
 " *si bien que les citoyens de cette ville ont*
 " *répondu par tant de largesses aux exhor-*
 " *tations de nos prédécesseurs Boniface IX,*
 " *Martin V. et Eugène IV. pour la restaura-*
 " *tion de leurs deux Basiliques: de là vient*
 " *encore que l'Eglise du Vatican, la plus*
 " *vaste et la plus magnifique de l'Univers, a*
 " *été construite par des affrautes volontaires*
 " *et libérales ajoutées aux riches contributions*
 " *de Jules II. et de ses successeurs; de là*
 " *ensu la ferme espérance que nous avons*
 " *conçue que tous ceux qui sont fidèles à J. C.*
 " *et au Siège Apostolique, en quelque lieu*
 " *qu'ils demeurent, donneront des preuves de*
 " *leur piété et de leur libéralité, lors qu'ils*
 " *verront que c'est au nom de Paul que nous*
 " *les pressons de venir à notre secours. Nous*
 " *avons d'autant plus de fondement de compter*
 " *sur leur générosité, qu'il semble que Dieu*
 " *même ait voulu nous servir de guide dans*
 " *l'honneur que nous cherchons à rendre à*
 " *son Apôtre, puisqu'au milieu de l'immense*
 " *embrâsement de tout l'édifice, et de ces co-*
 " *lannes de marbre pur réduites en cendres,*
 " *son sépulchre a été conservé tout entier com-*
 " *me le furent autrefois les trois enfans au*
 " *milieu de la fournaise de Babylone. On*
 " *verra donc sur le même sol et près du lieu*
 " *où ce compagnon des mérites et de la gloire*
 " *de St. Pierre a donné sa vie pour J. C. on*
 " *verra se relever son Eglise, privée il est*
 " *vrai, de ces superbes colonnes et de ces*
 " *ornemens inappréciables qui la décoroient;*
 " *mais aussi magnifique qu'il sera possible de*
 " *la rendre; ce sépulchre du S. Apôtre sera*
 " *de nouveau environné de la vénération qu'il*
 " *mérite; ce sépulchre qui faisoit principale-*
 " *ment désirer au grand Chrysostôme de faire*
 " *le voyage de Rome; qui selon lui, attireroit*
 " *les Empereurs, les Consuls et les généraux*
 " *d'armées, et où l'on a vu dans tous les temps*
 " *accourir en pèlerinage, comme à une source*
 " *intarissable de bénédictions célestes, des*
 " *personnes de tout rang et de toute qualité,*
 " *sans égard à la distance des lieux.*